

Inventione, scilicet, citius moriendi, quia id esset directè se sensum occidere, quia ratione debemus art. præced. num. 104. quòd si quis adverterit vitam suam jejunius, & macerationibus carnis notabiliter minui, & nihilominus continueret, graviter peccaret, moderatè autem iis afflictionibus se afficeret ex intentione placendi Deo, & subjucendi carnem spiritui diximus esse licitum, imò & virtutis opus quamvis deinde per accidens sic mors velocius secutura, id enim non est nisi indirectè mortis sibi causam esse, quod in multis casibus licere jam diximus disp. 8. cit. qu. 2. art. 1. num. 17. quare concludendum est cum communi DD. quòd si quis contra regulas prudentiæ indiscretè supra vires suas se cruciaret, & affligeret, unde notabiliter vitam breviter redderet, peccati homicidii reus esset, & talis occisio sui directè esset.

116 Sexto tandem solet agitari quod de pueris, qui ut sonoram vocem retinendam, solentis Medici manu, absque morali periculo moris, Emuuii sunt, eo enim periculo existente certum est non licere, sicut etiam nec licet Patri id in filio sine ipsius pleno consensu attentare, quia licet Pater non est dominus membrorum filii; his ergo suppositis conditionibus quæstio est. An consentientem filium Pater castrare possit, ut voce, & cantu Ecclesiæ serviat, quam sibi pertractat Caramuel loc. cit. q. de Castratione pro parte negativa, & Tamburini lib. 6. cap. 3. §. 3. pro parte affirmativa. Negativa pars ita probatur, quia tametsi licet aliquando membrum aliquod abscindere, id licet ratione solius necessitatis, ut dictum est art. præced. num. 104. sed in casu proposito non abscinditur membrum ex necessitate, ut scilicet corpus, vel aliquid ejus membrum principale in suo esse conservetur, ne pereat, sed ut vox tantum dulcis, & sonora conservetur, ergo nulla ratio naturalis dicitur in hoc casu, ut uni membro damnum inferatur, imò prolixius abscindatur pro melioranda tantum voce, nam vox dulcis, & sonora non est medium necessarium pro salute tuenda totius corporis, vel alterius membri principalis, ergo non tenetur aliquis ad abscissionem illi futuram cum tanto sui detrimento, quia non adesse hanc necessitatem, in quo ratione naturali reteretur abscissionem pati; & hanc opinionem ait Caramuel esse plurimum, scilicet, Diana, Tanari, Layman, Megalli, & aliorum, quam etiam tenet Bulemb. loc. cit. ubi ait peccare parentes, qui filios etiam consentientes castrant, ut sint utiles cantu. Affirmativa verò pars probatur à Tamburino loc. cit. quia iusta videtur esse causa, nõ dicere in Republica, imò in Ecclesiâ hos honores Cantatores ad divinas laudes modulandas, tum quia ea abscisio non ita notabiliter nocet ipsi individo, ut relictis, seu compensari non possit cum emolumento vocis in servitium Ecclesiæ, & cum lucro, quod speratur ex illa. Nec obstat, inquit, hominem non esse dominum suorum membrorum, & ratione solius necessitatis abscindi posse, causis enim iustis existens præcio mortis periculo, potest aliquod membrum amputari, quia debuit Deus homini absolute suæ vitæ administratori in iustis causis, & non solum in malis ab extrinseco provenientibus avertendis eam libertatem non denegare, tales autem sunt cause in probatione conclusionis adductæ, quam tenet Saloniarius 2. 2. quæst. 65. art. 1. contr. 2. Pals. deci. 458. & alii, ac etiam probabiliorum reddidit quotidiana praxis præsertim in Romana Curia, ubi huiusmodi Emuuii per intervium Musæ, & Ecclesiæ. A lia ad hoc quintum Decalogi præceptum spectantia videantur disp. 8. cit. q. 2.

QUÆSTIO SEPTIMA.

De Sexu Decalogi præcepto.

117 Divus Aug. qu. 17. super Exodum, ut refert Athes. nosser lib. 1. tit. 3. docet hoc sextò Decalogi præcepto, *Non machaberis*, non modo prohiberi adulterium, quòd nomine Machabæ designatur, Mæchari enim est adulterari, & omnis machus adulter est; sed in genere omnem illicitum concubitum, & illorum membrum omnem illicitum usum, & sic etiam dicitur D. Bonav. 3. d. 37. dub. 6. litter. alii, ubi ait in mandatis Decalogi prohiberi peccata, & maxime in mandatis secundæ tabulæ, secundum quod sunt ad nocendum proximo ordinata, & quoniam quantum ad peccatum carnis magis offenditur proximus per adulterium, hinc est quòd illud præcipue prohibetur; in illo tamen intelligitur prohiberi omnis illicitus coitus, & membrum illorum abusus, sive per peccatum luxuriæ species numerari solent, ut notat Athesanus loc. cit. & lib. 1. tit. 46. Fornicatio simplex, Adulterium, Stuprum, Raptns, Incestus, Sacrilegium, Pecca-

tum contra Naturam, quibus claritatis gratia addi solet Impudicitia, quæ consistit in actibus, aspectibusque impudicis, & verbis obscenis, ac similibus extrâ matrimonium, de quibus omnibus agendum est in præfati quæst. ut pateat quid hoc sextò præcepto prohibeatur, & dicuntur species morales non physica, ut notat Filliucius p. 3. tract. 30. cap. 2.

ARTICULUS PRIMUS.

Assignantur, & Declarantur Species luxuriæ hoc præcepto vocis.

118 Prima species luxuriæ est fornicatio simplex, quæ ex Athesano loc. cit. & aliis, communiter est ordinatus concubitus, quò solutus solutam naturali usu cognoscit, & intelligitur solutus, quòd licet vinculo, scilicet, & coniugii, consanguinitatis, ordinis, religionis seu voti continentia, naturalis verò usus dicitur ad differentiam illius, qui est contra naturam. Hanc autem simplicem fornicationem esse peccatum mortale est fide, oppositum asserere est hæreticum, ut definitum est in Clement. Ad stuprum de Hæreticis, & expressis verbis ita docuit Apostolus ad Ephes. 5. quando dicit, *quod omnis fornicator, aut immundus non habet hæreditatem in regno Christi*, & ad Galatas 5. præmissa fornicatione, & quibusdam aliis vitis subdit, quòd qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt, ad hoc autem nihil excludit, nisi peccatum mortale, ut ait Athesanus loc. cit. ad hanc autem speciem reduci- tur Concubinatus, quò est fornicatio cõtinuata cum certa aliqua persona soluta cohabitatio cum illa, quòd est peccatum grave, & periculosum, eò quòd hominem in continuo statu peccati detinet. Unde Doctores communiter docent concubinatum, sicut, & meretricem ordinariè absolvi non debere nisi dimissa Concubina, ac etiam aliqui addunt, aut muliere suspecta, cuius retentio scandalum daret, licet eam non peccaret. Ita Navarrum, Sanchez, Filliuc. Bulemb. & alii.

119 Sed Difficultas est; An copula cum sponsa alterius de futuro sit fornicatio simplex, vel adulterium. Affirmant plures Doctores sponsalia addere fornicationi sponi, vel saltem sponsa novam malitiam injungit specie distinctam, & in confessione necessariò explicandam. Ita Sanchez, Coninch, Hure, Tancered, Diana, Filliuc. & plures alii. Negant alii, & probabilis sponsalia novam addere malitiam fornicationi, quòd proinde dicunt hanc circumstantiam non mutare speciem, nec esse necessariò in confessione aperendam, quia per sponsalia nondum sponsum jus in sponsa corpus consecutus est, hoc enim jus consequitur solum ad matrimonium, sive consummatum, sive tantummodo ratum, & ideo tunc tantum erit adulterium, ut jam diximus lib. 4. sent. disp. 7. q. 9. art. 3. num. 277. cum Ponce, Meracio, Caspensi, Brancato nostro, Tamburino, & aliis, Præterea est Difficultas, an copula fidelis cum infideli sit fornicatio simplex, vel addat novam malitiam specie distinctam, in confessione necessariò aperendam. Hoc secundum affirmat Sanchez, lib. 7. de matrimonio, disp. 5. & sequitur Card. de Lugo disp. 16. de paup. 1. sect. 6. cum Navarro, & pluribus aliis, quorum ratio est, quia Ecclesiâ, quò prohibet conjugium fidelis cum infideli, prohibet etiam quamcumque conjugationem, cum sit idem motivum, id est, ut pro reverentia nostræ Religionis victur illa conjunctio, quæ est damnosa tum ipsi fideli, tum proli educandæ. Tum quia leges Civiles, & Canonicae gravius puniunt accessum fornicæ Christianæ ad Judæam, quam ad quemcumque alium Christianum simplicem fornicarium. Negant Azor. par. 3. lib. 3. cap. 99. Tamburinus lib. 7. cap. 1. §. 1. & alii asserentes talem copulam non esse specie distinctam à simplici fornicatione; nec esse paritatem de matrimonio, & tali copula, nam in matrimonio est longè major conjunctio, quam in copula fornicæ; & quòd quæ gravissimæ legibus contra hoc peccatum constituta offendunt solum majorem gravitatem peccati intra eandem speciem, non autem diversitatem speciem sicut poenæ constituta contra homicidium qualitercumque, v. g. proditorum non offendunt differe specie a non qualificato, & utraque opinio est probabilis, & hanc secundam sequitur etiam Diana p. 1. tr. 8. ref. 3. ac etiam Filliuc. loc. cit.

120 Secunda species luxuriæ est Stuprum, quòd est Virginis foemine de foratio ipsa invita, dicitur de foratio, quia per talem inordinatum concubitum virginialis integritas corrumpitur, dicitur *virginis foemina*, quia ut notat Toletus lib. 5. cap. 11. cum vir primò de foratur, non dicitur stuprum, sed tantum cum de foratur foemina dicitur *ipsa invita*, quia aliqui probabiliter existimant, stuprum tunc tantummodo esse peccatum specie distinctum à simplici fornicatione, quando virginitas inferatur, & illa per violentiam de foratur; unde si con-

sentiat, erit tantum fornicatio simplex, nec circumstantiam in confessione aperienda, ut probant Lessius lib. 2. cap. 10. & Sanchez lib. 7. dist. 12. contra Nav. Azorium, & alios, et quæ hoc peccatum gravius simplicis fornicatione, eo quòd præter illius malitiam habet specialem deformitatem eò violationem signaculi virginialis, & foemina constituit in gravi periculo deinceps peccandi. Obligat autem stuprum aliquando ad restitutionem, ut notat Toletus ibidem, & Athesanus nosser lib. 2. tit. 46. art. 3. & nos quoque disp. 9. qu. 3. art. 2. ubi diximus illum, qui violentiam, aut importunis precibus, vel falsis, ac dolosis persuasionibus Virginem ad stuprum induxit, teneri, vel eam ducere, vel convenienter dotare, ut habetur ex c. si seduxeris, de adulteriis. Item qui virginem conjugii promissione deceptis, & sub ejusmodi spe ejus de forationem obtinuit, teneri eam ducere in foro conscientia etiam si sic tantum, & dolose promiserit, si par sit conditio. Ita Adrianus, Navarus, Soc. Toletus, Lessius, & alii passim. Si tamen in qualis esset conditio, & valde inferioris, aut si promissionem implere non posset, quia v. g. est conjugatus, vel in facris, aut si ex illius promissionis implentione grave scandalum timeretur, tunc eam ducere non teneretur, & promissioni satisfacere censetur, si sufficientem illi dotem assignet pro retractione conditionis, & status illius. Quando verò virgo non recepta, neque coacta est, sed spontè consensit, & acceptavit, nulla restitutionis faciendæ obligatio ex iustitia incumbit, juxta regulam 8. juris in c. sciens, & consentiens non fit iniurius, & leges Canonicae ad restitutionem non obligant, nisi eam, qui violentiam, vel dolam, aut deceptionem ad stuprum perpetrandum adhibuit, dixi in tali casu non adesse obligationem ullam ex iustitia, quia adesse potest ex charitate, quando scilicet, persona valde dives est, & potens, & foemina pauper, ut immanet periculum perditionis illius. Alia plura ad hoc spectantia vide. l. c. q. 2. & apud Tambur. lib. 7. cit. c. 5.

121 Tertia luxuriæ species est adulterium, quòd est inordinatus concubitus cum persona conjugata, sive vir tantum, aut mulier, sive uterque conjugio sint copulati, quò conjugalis thorus violatur, unde adulterium, ut ait Athesanus l. c. ex ipso nomine dicitur quòd accessus ad alienum thorum, qui illicitus concubitus tripliciter fieri potest, vel enim est conjugati cum soluta, vel conjugate cum soluto, vel conjugate cum conjugato, & c. converso: est autem peccatum mortale, & gravius fornicatione, ac etiam stuprum propter violationem fidei conjugalis ac etiam propter damnum filiorum legitimorum, & alia mala ex hoc peccato consequentia, ac proinde Job. c. 31. appellatione illud magnum nefas, & iniquitatem maximam, *Hoc nefas est inquit, & iniquitas maxima, & ignis usque ad perditionem devertans, & erradicans geminos*; & aliquando etiam cum stupro coniugii potest, ut cum conjugatus rem habet cum virgine; est autem semper grave peccatum, etiam si adulterantis conjugis contentus, esse enim tunc illi iniuria non fiat, quia scienti, & volenti non fit iniuria, fit tamen ipsi statui conjugali, Sacramento Matrimonii, & huic sexto Decalogi præcepto, quòd si foemina adulterans sit conjugata, gravius habetur peccatum, quam si vir, propter incommoda graviora, ut v. g. damnum veri hæredis, prolis incertitudinem, & c. adhuc gravius censetur, si uterque adulterantium conjugatus sit, quia dux iniuriæ resultant in utroque; coniugem in confessione exprimentem, quæ autem peccata contra fidem coniugii sui adulterio comprehenduntur, quæ sufficientem causam ad divortium præbeant in declaratione lib. 4. sent. disp. 22. art. 1. n. 563. Tres autem hic solent occurrere difficultates. Prima est, an adultera teneatur filium ex adulterio susceptum detegere, ne legitimus debita sibi parte hæreditatis privet. Secunda an adulter teneatur prædicta damna restituere, sicut tenetur adultera. Tertia est de filio illegitimo; cuius pater ignoratur, a quo debeat alimenta accipere, quando nimirum duo eandem mulierem cognoverunt, & incertum est, quis eorum sit eius pater; quas difficultates ex professo tractavimus disp. 9. cit. q. 3. art. 1. de restitutione faciendâ ratione adulterii.

122 Quarta species est Incestus, qui est coitus cum consanguinea, vel affine intrâ quartum gradum, quò vinculum consanguinitatis, vel affinitatis læditur, & est peccatum mortale gravius præcedentibus, & eò gravius est, quò gradus, & cognatio est propinquior, unde incestus cum consanguinea maius est, peccatum, quam cum affine, & inter consanguineas cum conjunctiori, & propinquiori, sicut etiam inter affines, & rursus incestus est cum affine, quam cum cognato spirituali, vel legali, Quærit tamen inter Doctores, An omnes incestus sint ejusdem speciei, hoc est, an incestus cum Consanguineis differat specie ab incestu cum Affinibus, & rursus, an incestus cum alterutris ex prædictis in uno gradu ulque ad quartum, nam in aliis a quarto est simplex fornicatio, differat specie ab incestu in alio-

Mastrii Theolog. Moral.

itaque in Confessione talis gradus sit ex necessitate declarandus, quos Consanguinitatis, & Affinitatis gradus ex professo explicavimus lib. 4. sent. disp. 7. de Matrimonio q. 17. & 18. tractando de impedimentis ejusdem; in qua quæstione tres sunt opinionones, dua extrema, & tertia veluti media. Prima extrema absolute asserit omnes gradus Consanguinitatis specie differre nõ solum a gradibus Affinitatis, & cognationis legalis, sed etiam inter se, & consequenter omnes incestus differre specie, prout differunt gradu. Ita Navarr. Valent. Vasquez, & quidam alii, unde volunt gradum saltem Consanguinitatis, vel spiritualis, ergo signum est gradus consanguinitatis specie differre a gradibus affinitatis, & ab aliis gradibus jure positivo impositis, & consequenter incestus specie differre. Secunda sententia extrema asserit omnes gradus, & omnes incestus ejusdem esse speciei, nec Consanguinitatem ab Affinitate, nec unum gradum ex his differre specie ab aliis, unde licet gravius sit contra unum gradum delinquere, v. g. contra primum cum Matre, quam contra alium v. g. cum Consobrino, tamen quia non mutatur species; inquit, non essent ea peccata ex necessitate in confessione aperienda cum tali circumstantia, & ratio est, quia in omnibus his una specie deformitas est, licet modo gravior, modo levior, nempe contra reverentiam conjunctis debitam; quòd deinde gradus non mutant speciem in de probat, quia hi nihil aliud inferunt, nisi majorem, vel minorem conjunctionem, magis autem, & minus non variant speciem etiam in moralibus, nisi aliunde probeatur esse contra particularem virtutem, vel contra diversum recte rationis dictamen. Ita Tamburini lib. 7. c. 4. §. 1. citans Cajet. Sotum, & omnes ferè Thomistas, cui opinioni adhæret etiam Bonacio de Matrimonio Sacramento q. 4. punct. 16. quantum ad hoc, quòd omnes gradus, & incestus sint ejusdem speciei, licet adhuc subdat hoc non obstante, gradum incestus esse necessariò in confessione exprimentum, quòd non videtur satis consequenter dictum.

123 Tertia sententia media, quæ nobis probabilior videtur, asserit gradus consanguinitatis differre specie a gradibus affinitatis cognationis legalis, & spiritualis: gradus verò consanguinitatis non differre specie inter se, sicut nec inter se specie differunt gradus affinitatis, & ceteri gradus, & consequenter ista sententia tenet incestum commissum cum consanguinea, differre specie ab incestu cum affine, vel cum cognata cognatione legalis, vel spirituali, atque ideo hos gradus esse in confessione exprimentos; non autem alios intrâ eandem lineam, quamvis enim in eadem linea gravior sit incestus, quò gradus est vicinior spiritui, tamen quia gradus illi sunt ejusdem speciei, satis erit dicere, habui rem cum consanguinea in linea recta, licet adhuc sit valde probabile si incestus fuerit in primo gradu explicare, an fuerit incestus cum Matre, an cum filia vel sorore. Et hoc expressè probat ratio adducta pro prima sententia. Nec urget ratio secundæ sententiæ, quia ut notat Bonac. l. c. licet circumstantia aggravans non sit necessariò exprimentum in confessione, attamen qualitas personæ, cum qua commissus est copula, non est circumstantia actus, seu peccati, sed potius illius objectum, & quid ad actus substantiam pertinet, circumstantia enim proprie dicitur illa, quæ actu advenit jam in suo esse constituto, gradus verò, & qualitas personæ, cum qua coitur, non est proprie quid adveniens actui in suo esse constituto, sed quid constituens actum in suo esse, sicut patet de quantitate furti, quando pervenit ad metam, vel summam peccatum mortale constituendum, tunc enim non est affinis circumstantia actus furti, sed potius illius objectum. Ita Lessius, Azorius, Filliucius, Hurtadus, Cardin. de Lugo, & plures alii, quare concludendum est gradum incestus exprimentum esse in confessione, saltem si fuerit consanguinitatis, vel affinitatis; & satis probabile esse incestum cum Matre specie differre ab incestu cum sorore, filia, & c. propter incomparabilem violationem pietatis, ratione cuius talis incestus cum matre, licet sit contra eandem particularem virtutem debitalis incestibus, scilicet contra reverentiam conjunctis debitam, est tamen specialiter contra diversum recte rationis dictamen specialiter prohibens talem irreverentiam in parentes, & incomparabilem violationem pietatis erga illos debita.

124 Quòd verò spectat ad cognitionem spirituales, satis etiam probabile est, ejus violationem per actum luxuriæ inter Patrum, v. g. vel Matrum cum ipso baptizato, quamvis proprie ad hanc incestus speciem non pertineat, habere tamen specialem deformitatem ratione cuius circumstantia cognationis spiritualis sit in confessione aperienda, & ratio est, quia incestus spiritualis addit circumstantiam Sacramenti, ratione cuius

Q 4

tales sequatur, dicendum est non incidere in casum reservatum Sodomiam, quia licet non servetur sexus, servatur tamen vas debitum. Ita Mazuchellus de Cas. refer. disp. 2. c. 22. contra Lupum de Cas. refer. p. 2. cal. 10. Secundo, licet communiter affirmant patentes in casu reservato Sodomiam, hoc tamen negant Alphonsus de Leone, Borbonus, & alii, qui præsertim advertunt sententiam affirmativam procedere, modo agens seminet intra vas, cum actio ipsi potissimum tribuatur, quia si ea perfecta non est, peccatum non subiicitur reservationi, neque ex parte patientis, licet etiam seminet, quia complementum peccati semper ex parte agentis attenditur, ut nobilioris. Tertio qui Sodomiam inchoat in vase præproptero, sed postea extra vas semen emittit, in casum reservatum non incidit, quia hic actus non est Sodomiam completa, & consummata, sed inchoata, reservatio autem includit tantum delictum perfectum, & consummatum, non autem attemptatum. Ita Borbonus in consil. regul. cl. 48. contra Fagundes in Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 9. Quarto exercens copulam Sodomiticam cum feminis non incidit, quia in Sodomiam proprie sumpta peccatur non solum contra vas, sed etiam contra sexum, masculus autem in tali casu licet vas debitum non servet, servat tamen sexum. Ita Lupus de Cas. refer. l. c. contra Fagundes l. c. Quinto tandem aliqui etiam excipiunt impuberes, eo quod regulariter loquendo non compleant. Ita Lupus, & Borbonus cit.

174 Tertia species peccati contra naturam est Bestialitas, quod est gravissimum inter omnes, quia non servatur in eo identitas speciei, & potest fieri tam a masculino, quam a femina, si hæc se possit bestia masculæ; & quando fit talis nefandus congressus, opus non est explicare qualis bestia fuerit, sive cuius speciei, quia differentia hæc in ordine ad peccatum materialis tantum est, & in genere entis, non autem formalis & in genere moris, & omnes hi congressus turpitudinem habent ejusdem rationis, siquidem sunt concubitus cum animali alterius generis, vel speciei. Ita Cajetan. Azorius, Filliucius, Bonacina, Tamburinus, & alii postum, qui omnes advertunt huc reverti peccatum luxuriæ cum Dæmone succubo, vel incubo, quia adhuc ille non est ejusdem speciei cum homine, etiam si formam hominis assumat; cui peccato superadditur malitia contra Religionem, & superstitionis, quatenus includit societatem cum dæmone, quæ circumstantia in confessione est explicanda, superaddi etiam potest malitia Sodomiam, adulterii, vel incestus, si congressus fiat cum Dæmone in forma juvenis comparente, vel femine conjugatæ, aut consanguineæ, &c. committitur enim culpa pro qualitate personæ, quæ apprehenditur, & ad quam affectus dirigitur. Quæres, an licitum sit coitum bestiarum aspicere, aut ipsarum turpia. Respondetur cum Granado in p. 2. contr. 6. tract. 4. disput. 7. non esse de mortali damnandum insipientem verenda bestiarum etiam turpiter commota, ac etiam eorum coitum, quia neutrum istorum ad luxuriam multum provocat; at coitum hominum, aut verenda humana contrarij sexus præsertim studiosè inspicere est valde periculosum, quia cum honestate naturali valde pugnat, & est notabilis causa sensualis commotionis, quare sic inspicere difficile excusatur a mortali.

175 Quarta species peccati contra naturam est congressus inordinatus, seu innaturalis, sive indebitus concubendi modus, cum nempe femina in copula est desuper, aut cum masculo retrò accedit vase non mutato; hoc autem peccatum ex suo genere mortale non est, nisi conjugatur cum mortali copula, scilicet, fornicatione, adulterio, & aliis, unde inter conjuges mortale non est, nisi interveniat tanta inordinatio ut generatio impediatur, vel semen extra vas effunditur, tunc enim effectus mortalis, ordinariæ tamen est peccatum veniale, & quidem grave in suo genere, nisi aliqua necessitas excuset, v. g. quia mulier est prægnans, vel quia corporis dispositio, vel utriusque conjugis, vel alterutrius aliter fieri non patitur, ut quando vir propter pinguedinem non potest cum uxore congressi, nisi retrò accedat, & similibus; seclusa verò necessitate, vel iusta causa graviore reprehendendi sunt conjuges sic congregientes ob pericula generationis impediendæ, quæ incurri possunt. Ita Sylvester, Angelus, Tolerus, Cajetanus, Henriquez, Sanchez, Filliucius, Bonacina, & alii. Addit Alesanus noster loc. cit. quod excluso casu necessitatis peccat homo hæc faciendo magis cum uxore, quam cum meretrice, quia magis tenetur cavere malum uxoris, quam alterius mulieris.

176 Controversia autem est inter Recentiores satis exagitata, An prædicta peccata contra naturam verè, & proprie distinguantur specie, Negant aliqui asserentes esse ejusdem speciei infimæ, & differre materialiter solum, & mere modaliter, quam sententiam mordicus novissime defendit Caramuel fundamentum 57. plures pro eo citans Auctores, tamquam genuinam D. Thomæ qu. 154. cit. art. 11. ubi ait: peccatum contra naturam

pluribus modis contringere posse, jam supra declaratis, ex quibus verbis deducit Doctorem Angelicum peccatum contra naturam in plures modos subdividere, & non in species, atque ideo peccata contra naturam esse ejusdem speciei infimæ, & solum materialiter differre, & mere modaliter. Ratio est; quia in omnibus eadem essentialis malitia reperitur, nempe exercendi actum venereum modo, ex quo non possit sequi generatio; ergo omnia peccata contra naturam sunt ejusdem speciei infimæ, & solum differunt quoad modum illa exercendi.

Confirmatur, quia si omnes prædictæ species essentialiter differrent, alix plures assignari possunt, ut si expleatur voluptas venerea inter Mamillas, inter toros brachiorum, aliique partibus. Addit tamen, quod etiam hæc opinionem tenendo debent peccata contra naturam in confessione explicari, & peccati contra naturam modi debent in confessione exponi, & distingui, sive peccata contra naturam specie distinguantur, sive non; unde ait hæc consequentiam non valere, hæc duo peccata non distinguuntur specie; ergo non debent in confessione distingui, nam adulterium simplex, & duplex non distinguuntur specie, & tamen in confessione distinguuntur.

177 Opposita sententia, quam dicit Ovidius tr. 6. de vitis, & peccatis contr. 5. punct. 3. §. 7. esse communem Doctorem sensum, asserit prædicta peccata contra naturam verè, & proprie specie distinguuntur in genere moris, & non tantum materialiter, ac mere modaliter. Ratio deducitur ex communi doctrina jam à nobis tradita lib. 2. sent. disp. 6. quest. 2. art. 3. & de virtute cognoscendi, & differendi peccata contra eandem virtutem, nam dicebamus ibi peccata specie differre, non tantum quæ diversis virtutibus, sed etiam quæ eidem opponantur extremè, ut prodigalitas, & avaritia; vel ratione diversæ demeritis, & diffonantia, id est, quæ ad diversa ratione, & malitia ejusdem virtutis materiam attingunt; ut quantum est ex natura ejusdem peccati, non sit eadem facilitas moraliter loquendo, neque propensio utrumque peccatum committendi, qualia sunt in proposito mollities, Sodomiam, & bestialitas; quis enim majorem deformitatem, & diffonantiam non concipit in concubitu bestiali, sive hominis cum bestia, quam in simplici pollutione, etiam si uterque actus quæ generationi opponatur, cum ergo unumquodque longè magis horreat bestialitatem, & Sodomiam, quam simplicem pollutionem propriam, vel alienam, quæ excitatam dicitur, id est hæc peccata specie distinguuntur in genere moris, & non tantum materialiter, ac modaliter. Nec valet responso Caramuelis loc. cit. dicens, magis, & minus non arguere specieam aliquam diffonantiam, omnes enim magis horrent semper graviora peccata etiam in eadem specie. Non valet, inquam, quia est in genere physico verum sit magis, & minus speciem non variare, tamen in genere moris plures hæc regula fallit, ut patet de quantitate virtutis, quando pervenit ad metum, vel summam peccatum mortale constituentem, tunc enim magis non est amplius circumstantia ejusdem furti, sed potius illius obiectum, ut dictum est art. præced. n. 123. atque ita dicendum in proposito, quod major deformitas speciem variat, ut furtus ex professo contra hæc Anthonem ostendit D. Ludovicus Episcopus Oriolenfis in quest. selectis moralibus qu. 5.

178 Confirmatur, quia ut diximus l. c. sent. disp. 5. q. 18. ar. 1. circumstantia actus humani, quando specialis prohibitive prohibetur, actum transferunt in aliam speciem mortalem ab eo, quam ex se habet, & sunt aperientiæ in Confessione ex Cone. Trid. sess. 14. c. 5. ut v. g. alienum accipere est illicitum, sed specialis prohibitive prohibetur accipi de loco sacro, & ideo speciale peccatum sacrilegij pro hæc circumstantiam constituitur. Sed in proposito Mollities, Sodomiam, & bestialitas specialis prohibitive prohibentur, ut patet ex illis Apostoli verbis hæc peccata specialiter prohibentis, *Nec mulierque in vestram concubitorum regnum Dei possidebitis*; ergo hæc peccata specie distinguuntur; Denique si horum peccatorum circumstantia malitiam eorum in eadem tantum specie auferant, nec aliam transferrent, non necessario esset in Confessione aperientiæ, tales enim circumstantia non sunt necessario explicandæ, ut l. c. diximus, sed circumstantia prædictorum peccatorum contra naturam sunt necessario in confessione aperientiæ, ut etiam Adversarij concedunt, ergo &c. Ex qua doctrina, fundamentum prioris sententia facile occurrit; falsum enim est eandem malitiam essentialiter in prædictis peccatis contra naturam reperiri, licet enim singula in hoc conveniant, quod generationem naturalem impediunt ob tamen eodem modo, longe enim major deformitas reperitur illi modo impediendi generationem humanam per bestialitatem, quam per Sodomiam, & in hoc magis, quam in simplici mollitie, quæ quidem deformitas specialis prohibitive prohibetur. Ad Confirmationem negatur consequentia, quia non quilibet diversitas explendi voluptatem veneream fundat diver-

fam

sum diffonantiam, & deformitatem, et si modi valde diversi eam fundent, sed tantum diversitates specialis prohibitionis prohibitive, quales non sunt in argumento adducto. Denique non sufficit hæc peccata in confessione aperire, tamquam numero distincta, ut ait Caramuel l. c. alioquin qui semel habuit mollitiam, semel commisit bestialitatem, & semel Sodomiam satisfaciet in confessione dicens; *Ter peccavi contra naturam*, quod licet ipse gratis concedat *Leit. no. 1703*. nemo tamen sanæ mentis concedere debet, quia ut ipsemet jam superius dixerat num. 1648. qui sic peccavit debet istos modos numero distinctos, varios tamen, exponere, & explicare, an scilicet commiserit Sodomiam, an bestialitatem, &c. & tandem ad licem hæc terminandam sufficit, quod hæc proposito damnata fuerit à Sac. Congregatione fer. 5. die 24. Sept. 1665. *Mollities, Sodomiam, & Bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimæ.*

ARTICULUS TERTIUS.

De Impudicitia, hoc est, de castibus, aspectibus, similibusque aliis impudiciis inter solutos.

139 Primò, quoniam præter assignatas luxuriæ species sunt alii plures ejusdem peccati actus tam exteriores, quam interiores ad unamquamque illarum pertinentes, sub nomine Impudicitia comprehenduntur, præter illas hoc sexto præcepto prohibentur etiam oscula, tactus, & amplexus inter solutos, quæ sunt ob carnalem, & veneream delectationem, quæ ex illis percipi potest, quia hæc quoque sunt peccata mortalia hoc præcepto prohibita, quævis enim hæc, & similes alix actiones sint ex genere suo indifferentes, & possunt secluso libidinoso affectu licite exerceri, v. g. si quis consanguineam osculetur, vel etiam extraneam salutando, quia talis est patria consuetudo, vel alia rationabili de causis si tamen alia hujusmodi causa subsit, hæc alii in oculis, tactibus, & amplexibus intendatur, quæ delectatio illa, quæ carnem afficit, & ad libidinem excitat, tunc peccati mortalis reatus, incurritur. Ad id autem dignoscendum distinguenda est in his actibus delectatio triplex, prima dicitur naturalis, quæ consistit in proportionem quadam, & conformitate rei tactus cum organo tactus, quomodo manus in calore excedens delectatur tangendo manum frigidam, & contrarij quæ ergo tangendo manum mulieris hoc solum modo delectatur sine alia ulteriori intentione, quævis sit difficile, nullius erit peccati reus. Secunda dicitur delectatio moralis, & est quam quis sumit ex osculo mortis patris, vel tactu manus causa amicitia exhibitæ, & hæc etiam licita est, & honesta, quia delectatio, quæ ex his actibus fitur, potius est voluptas & gaudium mentis, quam affectio sensitivi appetitus. Tertia denique delectatio est libidinosa, quæ sentitur in carne, & oritur ex commotione partium corporis, seu spirituum vitalium ad pollutionem incitantium, & hæc inter solutos est peccatum mortale, quia hæc delectatio à natura fuit infirmitas, aut medium ad copulam, & generationem ordinatum, quare etiam copula inter non conjugatos non sit licita, sequitur nec licitum esse delectationem hujusmodi sensualem, quæ etiam venerea appellari solet, quia est ordinata ad generationem, cui Veneream Gentilitas prædicat. Ita Navarrus, Cajetanus, Lessius, Reginaldus, Sanchez, Filliucius, Tamburinus, & alii passim apud Bonaciam q. 4. cit. punct. 9. ubi ait, quod si hujusmodi tactus, & amplexus, qui sunt causa amicitia, & consuetudinis patris, fiant etiam ex aliqua veniali vanitate, joco, curiositate, & levitate, non videntur peccata plurius venialia, modo non adfuerit periculum consensus in delectationem sensualem, seu veneream, nam postea tali periculo, air esse mortale; contrarium tamen tutius est, ut dicit alii, quia ob carnis fragilitatem valde difficile est hoc periculum abesse, quævis Monfregalis nosse de sexto Decalogi præcepto cap. 3. in fine dicit tactus hujusmodi non esse mortales, etiam si exinde delectatio venerea contra, vel præter voluntatem tangens, nullo assensu superioris portio animæ accedente, quem casum valde difficile ego censio, quia voluntas nostra prona est condelectari appetitui sensitivo, & S. Congreg. die 18. Martii 1666. opinionem damnavit, quæ dicit esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensus ulterioris, & pollutionis.

140 Secundo aliter loquuntur præcitati Doctores de aspectu fornicis, vel alterius personæ ob curiositatem pulchritudinis, dicunt enim non esse peccatum mortale etiam si fiat propter delectationem, quæ sensus visus capitur, modo non adfuerit periculum tunc, & venere delectationis, vel alterius luxuriæ. Ratio est, quia tantum periculum non reperitur, nec tanta turpitudine in aspectu, quæ in tactu, nec aspectus ita provocat ad libidinem, sicut tactus, tangere enim proprius ad libi-

dinem ordinatur, magisque veneream excitat, hoc est, spiritus vitales generationi subservientes, quam solum aspicere, quare aspicere mulieris faciem, manus, brachia, mamillas, ac alias partes ejus honestas, non est ex se peccatum saleem mortale, etiam si fiat ob delectationem sensualem in pura visione resedentem, nam si fiat ob libidinofam, non excusabitur a mortali, quare non immerito minus peccato obnoxii sunt aspectus, quam tactus; quæ ratione concedo etiam, quod ait Monfregalis c. 5. in fine, licet de actu negaverim; si mulierem quis intueatur causa vanitatis, levitatis, & curiositatis, non dirigendo aspectum ad delectationem carnalem, sed motus tantum ex quadam vanitate, & curiositate, etiam si exinde exurgat sensualis delectatio ex sola venustate, & pulchritudine rei vise, quatenus grata est visui, delectatio illa est solum peccatum veniale, dummodo in illa ex plena advertentia diu non detineatur, quia tunc esset periculum veneream consensus, & commotionis spirituum ad pollutionem incitantium. Addunt tamen præcitati Doctores aliquos esse aspectus de se impudicos, qui sunt peccaminosi mortaliter, etiam si ob malum finem non fiant, sed ex sola curiositate, & levitate; quando vir feminæ pudendè respicit, vel è contra, nam hujusmodi aspectus, ut potest instrumentorum ad generationem ordinatorum, valde ad libidinem excitant, & spiritus commovet, & consequenter a gravi peccato non excusantur, nisi esset pudendum in sexu infantili, vel puerili, aut ob curiositatem tam brevi tempore, ut non sit periculum magne commotionis spirituum, tunc enim facilius a mortali poterit excusari, quia ratione etiam aspicere nudum eum, vel eam, quæ fit ejusdem sexus cum aspiciente, non est mortale, sed veniale, quia talis aspectus pudendum ejusdem sexus cum aspiciente non multum ad veneream excitare solet, & ideo a mortali excusatur.

141 Tertio ex modo dictis quatuor valde notanda deducuntur, ut observat Monfregalis l. c. ex Mavaro c. si ensi, de Pœnit. d. 1. Primum est non esse eandem rationem de tactibus, & aspectibus, qui aspectus non ordinatur secundum se ad veneream, sicut tactus, qui ad eam luxuriæ speciem reducitur, in qua essent, si coitus sequeretur, & propterea in confessione exprimienda est circumstantia personæ tactæ. Secundum est nec visum, nec tactum esse de se peccatum, nec quidem veniale, si fiant honesta de causa, & absque delectatione venerea, neque etiam si fiant cum ea primò motu insurgente. Tertium est tam tactum, quam visum esse peccatum mortale, si fiant delectate ad habendam delectationem veneream, ut præambulam ad actum carnalem, imò etiam si fiant deliberate ad habendam solum delectationem veneream sine relatione ad copulam carnalem. Quartum est, nec tactum, nec visum esse causa honesta factum esse peccatum mortale, propterea quod ex eis delectatio venerea insurgat in parte sensitiva contra, vel præter voluntatem tangentis, vel videntis, si nullus consensus voluntatis portio Superioris accedat.

142 Quæres, An & quatenus liceat tactus, & aspectus inter conjugibus, & sponfos de futuro. Resp. cum communi DD. conjugibus licere, si ad copulam referantur, ad quam licite se excitant, & excusantur a mortali, etiam si capiantur ob delectationem absque intentione copulæ conjugalis, quia matrimonium eos cohonestat, ac defectus debiti finis non est mortalis modo non alit periculum pollutionis extra vas, in tali enim casu a mortali non excusantur, sicut etiam adesse desiderium, aut delectatio alterius personæ. Quoad sponfos autem de futuro dicendum est tactus impudicos eis non licere, ac proinde a mortali non excusari, quia tactus hujusmodi ad copulam proximè disponunt, quæ non est eis licita ante matrimonium contractum. Tactus verò pudici, hoc est, in partibus honestis, qui post sponsalia absoluta fierent causa delectationis sensitivæ a pluribus DD. a mortali excusantur, modo non sit periculum pollutionis, vel consensus in copulam, quorum ratio est, quia sicut matrimonium copulam facit licitam, ita sponsalia, quæ sunt prævia ad matrimonium dispositio, hoc tactus faciunt licitos, si periculum pollutionis non adfuerit. Ita Navar. Sanchez, Tol. Azor. & Fill. & alii. Oppositorum tamen docent Henric. Reb. Less. & alii, quorum ratio est, quia hæc delectatio a naturali infirmitate est, ut prævia dispositio ad copulam, quare cum hæc sit inter sponfos illicita ante matrimonium, consequenter etiam delectatio hujusmodi erit eis illicita; utraque sententia probabilis est ex Bon. l. c. sed prima mitior, secunda tutior, & probabilior ob propositionem reflatam a S. Congreg. damnatam.

143 Quarto conveniunt Doctores, turpia loqui, & turpia canere tres illas species delectationum participare ab initio articuli assignatas, unde si hæc fiant ob bonum finem v. g. causa studij, nullum committitur peccatum, si tamen ex curiositate fiant, vel vano solatio animi, scilicet fallendi temporis, seque relevandi a laboribus est peccatum tantummodo veniale, ut patet ex

ejus reducitur ad quoddam sacrilegii genus, ut notat Tamburinus loc. cit. cum Sanchez lib. 7. de Matrimonio disp. 68. Quod similiter dicendum est, si hoc peccatum committitur cum filia spirituali confessionis, id est, cum ea, cujus qui Sacramentalem confessionem accepit; ad hanc enim speciem revocatur tamquam analogia fornicatio cum filia confessionis, cum proprie non sit cognatio spiritualis, quam autem grave peccatum sit hoc constat ex cap. Omnes & cap. Non debet, 30. qu. 1. ubi depositio ab ordine Sacerdotali, & perpetua penitentia usque ad finem vite decernitur in eum, qui tale scelus perpetravit, & ideo probabile censet Sanchez, Coninchius, Facundez, & plures alii talem circumstantiam spiritualis incestus esse in confessione aperiendam, quamvis oppositum teneant Azorius, Ledesma, Fillucius, Emmanuel Sâ, Bonacina, & alii. Hoc autem intelligitur de peccato Confessarii commissio cum penitente extra confessionem, quia si Confessarius utitur Sacramento, tamquam medio, ad penitentem sollicitandam, vel eam in confessione sollicitet; non committit incestum, sed sacrilegium, quod esse in confessione necessario exprimens omnes unanimiter docent, ob incomparabilem reverentiam quam tanto irrogat Sacramento, & de hoc crimine Inquisitores cognoscunt.

125 Quintaluxurie species dicitur sacrilegium, quod est peccatum luxurie, quo res sacra violantur, sive res illa sit persona Deo dicata per votum, sive sit locus consecratus, unde Sacrilegium secundum nomen suum, seu ex vi nominis, ut Alesanus nosse ad veritatem loc. cit. non appropriatur alicui speciei luxurie, sacrilegium enim ex vi nominis est lesio rei sacre, & ideo prout ad speciem luxurie contrahitur, subdit, quod proprius, & melius diceretur sacrilegus concubitus, seu inordinatus concubitus, quo continentia Deo sacra laeditur, seu violatur, nimirum in Monialibus, & Religiosis, & his, qui sacros ordines receperunt, vel emisissent continentiam votum, omnium enim talium concubitus sacrilegium est, ac etiam cum copula sit in loco sacro. Unde Sacerdos, aut Religiosus profusus, aut Clericus sacris initiatus sacrilegium committit peccando carnaliter cum femina, similiter Laicus rem habens cum Moniali, vel Virgine Deo sacra, ac tandem sacrilegium committit, qui in loco sacro copulam habet etiam si copula conjugalis esset, seu conjugatorum, unde circa hoc peccatum circumstantia personæ, vel loci declaranda est in confessione. Difficultas est, an si conjugati in aliquo loco sacro inclusi teneantur, unde exire nequeant, licite copulam inter se habere possint, & ratio difficultatis est, quia per copulam Ecclesia polluitur, & sit specialis injuria Ecclesie, vel loco sacro, quibus absolute negantur Paludanus, & Tabiena, quidam absolute affirmant, si multo tempore illic detineantur, nec alibi adesse opportunitas coeundi. Ita Ricardus, Angelus, & Rosalia. Alii tandem probabilius distinguunt copulam conjugalem dupliciter fieri posse, vel ad vitandam incontinentiam, & peccatum carnis, quo vexatur conjux, vel ad delectationem aut filiorum procreationem sine ulla necessitate, aut periculo incontinentiæ, & in priori casu dicunt licitam esse copulam conjugatorum in loco sacro, nec per eam pollui Ecclesiam, in posteriori vero casu non esse licitum, sed mortale peccatum. Ita Sylvester, Toletus, Lessius, Azorius, Fillucius, Reginaldus, & alii communiter.

126 Rursum est difficultas de osculis, tactibus, & locutionibus turpibus sine effusione seminis in Ecclesia publicè factis, an habeant speciale malitiam sacrilegii mortalis in Confessione necessario explicandam. Affirmant de tactibus impudicis Suarez, Card. de Lugo, & quidam alii. Negant communiter alii, modo periculum non habeat pollutionis adjunctum, quia per tales actus non violatur specialiter locus sacer, sicut violatur per pollutionem, quæ sanctitati loci directè repugnat. Ita Sanchez, Coninchius, Fillucius, Bonacina, & plures alii, imò Tamburinus loc. cit. cap. 2. §. 1. id negat de tactibus impudicis, etiam si periculum pollutionis adjunctum habeant, modo non sequatur pollutio, & rationem adducit, quia hoc sacrilegium committitur ex eo quod violatur Ecclesia, quæ quidem violatio per Sacros Canones inducta fuit, ac per solos tactus quomodocumque impudicos, quamvis cum periculo corruptionis, modo pollutio non sequatur, Ecclesia non violatur, ergo &c. Adde tamen si quis hæc vel similia exerceat in loco sacro cum magna sacrilegii irreverentia, ut si Meretricem publice ante altare quis, impudicè tangeret, si in sacro templo lascivas Conterdiaz repræsentent, &c. non esse negandum sacrilegii scelus in sua propria specie committi, & ratio est, quia esset gravis irreverentia divini cultus, atque adeo ipsius Dei injuria notabilis. Et tandem addit nomine loci sacri in præsentia ad effectum constituendi sacrilegium intelligi solam Ecclesiam, & solam Cœmeterium, hoc est, Ecclesiam cum suis Cappellis consecra-

tam, aut saltem ab Episcopo benedictam, & sacris officiis jam fidelium sepulture deputatam.

127 Sexta luxurie species dicitur Raptus, & est quando persona aliqua invita, vel resistens ejus parentibus, aut illis, sub quorum cura est; abducitur per vim ad libidinem explendam, vel ad matrimonium contrahendum, ut patet ex 36. q. 1. cap. Lex illa. Ex quo colligitur ad Raptum proprie dictum tria requiri. Primum requiritur abductio personæ raptæ a domo sua vel paterna, & in aliena detentio, unde raptus non committitur ab eo, qui Virginem in domo patris repertam, vel in alia domo, non educit de ea domo, sed illam ibi opprimit. Secundo requiritur abductio causa inhonestæ libidinis explende, in qua includitur etiam finis matrimonii contrahendi, nam eo modo, id est violenter matrimonium velle, inhonestæ libido est. Tertio requiritur vis illata, unde quando nulla vis infertur in abducenda femina, sed ipsa spontè consentit, aut etiam precibus cum Amasio discedit, in quibus parentibus non est proprie raptus, sed fuga voluntaria, quia in tali casu nulla vis infertur. Ex quibus deducitur, quod si femina per vim abducatur non causa libidinis, vel matrimonii, sed redigendi illam in servitutem, non erit raptus, sed plagium, quod est species furti, non raptus; & raptum non committi solam quando femina per vim abducitur, sive ipsa sit virgo, sive corrupta, sive conjugata, sed etiam quando vir, & masculus per vim abducitur causa libidinis, vel matrimonii, ut supponitur; nam in tali casu in rapto viri concurrunt tria illa ad raptum requisita. Ita Lessius, Sanchez, Reginaldus, Tamburinus, Card. de Lugo, Bonacina, & alii passim, qui tamen advertunt pœnas contra Raptores constitutas a Conc. Trid. sect. 24. cap. 6. de Reformatione non incurrunt per raptum viri, nam ibi expressè loquitur tantum de raptore femine, pœnæ autem sunt restringendæ, non ampliandæ, quæ omnia docuit antea Alesanus nosse, licet a nemine relatus, quem viderim l. 2. tit. 46. cit. art. 4. ubi agit etiam de pena Raptores secundum leges Civiles, & Canonicas, etiam masculorum causa abusum.

ARTICULUS SECUNDUS.

De Peccato contra naturam, & ejus speciebus.

128 Utesima species luxurie est peccatum contra naturam omnium gravissimum, & est illud, ut explicat Div. Thomas quest. 154. art. 11. quod repugnat naturali ordini veneri actus, qui humanæ speciei convenit, quod quidem peccatum pluribus modis contingere potest, ut S. Doctor docet ibidem, & Ales. nosse l. cit. art. 7. uno modo si abique omni concubitu causa veneri delectationis pollutio in se procuratur, & hoc peccatum dicitur mollicitas. Alio modo quando fit per concubitum, sed non adhibetur persona ejusdem speciei, sed fit per coitum ad rem alterius speciei, & vocatur bestialitas. Tertio quando adhibetur in coitu persona quidem ejusdem speciei sed indebiti sexus, puta coitus masculi cum femine, vel femine cum femina, ut Apost. dicit Rom. 1. & dicitur vitium Sodomiticum. Quarto modo, quando conjunctio est quidem naturalis, & in vase naturali cum persona ejusdem speciei; sed conjunctio fit modo indebito, ut quando masculus cum femina congregitur, & in vase naturali, sed præposterè retrò accedendo, vel monstruoso alio modo. Cum igitur species luxurie consumatur contra naturam dicantur illæ in quibus sit seminatō modis institutionis naturæ repugnantibus, juxta tales modos numerus, & varietas earum erunt assignandæ, cum uniusquisque illorum speciem specialem contineat turpitudinem castitati repugnantem.

129 Prima itaque species peccati contra naturam est mollicitas, sive pollutio, quæ semper est peccatum mortale, quando est directè voluntaria, talis enim pollutio est contra ordinem naturæ, & contra naturam generationis, & a Regno Dei excludit juxta illud 1. ad Corinth. 6. Molles Regnum Dei non possidebunt, unde nunquam quovis prætextu etiam tuende sanitatis est licita, ut communiter Doctores docent, imò peccatum quoque mortale est illa, quæ tantum indirectè est voluntaria, id est, quæ fecutura prævidetur ex aliqua causa, quæ tamen non evitatur etiam si evitari possit, ac debeat. Unde si pollutio fecutura prævidetur ex re illicita, otiosa, vel non necessaria, quæ sit causa propinqua, & natura sua ad venem ordinatam, ut sunt actus luxuriosi, verba turpia, certum lectio, & audire, mortale est ab eo non abstinere, quia in talem causam consentiens, moraliter in effectum quoque consentire videtur cum sit causa illius propinqua. Si vero res illa sit tantum causa remota, & tantum per accidens ad pollutionem concurrens ut est, vel potus calidorum, agitatio ex itinere, vel cursu equi; erapula, vel ebrietas, & similia indifferencia pollutio, hinc fe-

cuta

cuta non est mortale, modo pollutionem non intendas, quia præter intentionem sequi consentis; & tanto minus etiam mortalis censetur pollutio, si causa ex qua sequitur, sit res aliqua necessaria, vel licita, & honesta, etiam si inde fecutura prævideatur, modo non ad sit periculum in delectatione, neque quis a talibus actionibus abstinere teneatur quare non obstante pollutionis periculo licet mulierum confessiones audire, libros de hujusmodi rebus loquentes legere ad discendum, & alios docendum, tangere se ex necessitate, & alias res similes ex se licitas, & honestas facere, etiam si ex illis prævideatur fecutura pollutio, vel periculum ejus; additur autem, modo ab sit periculum consensus, quia si tale adesse, quod colligitur inde, si sæpius ex simili occasione sit mortaliter lapsus, a causa illa, quantumvis licita, & honesta abstinendum esset. Quod si pollutio nullo modo sit voluntaria, nec directè, nec indirectè, ut quando inter dormiendum accidit, nec antea occasionem dedisti proximam nec post expergas factus in delectationem ex illa proveniente deliberatè consentis, tunc non est peccatum. Quando verò est peccatum, quia scilicet est saltem indirectè volita, ad dignoscendum quando sit mortale, & quando veniale, aliquid hanc regulam tradere solent, pollutionem in causa voluntariam tantum est peccatum, quantum est ipsa causa, ut si causa sit peccatum mortale, etiam ipsam fore mortale, si sit veniale veniale, qualis est illa, quæ provenit ex lectione curiosa, vel aspectu per se non mortali. Ita Navarrus, Sanchez, Layman, Fillucius, Lessius, Bonacina, Diana, & alii passim, quia etiam omnes advertunt, hoc peccatum præter malitiam propriam (scpe alias habere adjunctas, ut v. g. fornicationis, adulterii, incestus, &c. quando nimirum se polluent simul inuaginat, ac desiderat concubitum personæ alicujus liberæ, vel conjugatæ, vel Deo sacre &c. quæ circumstantia si contingat, in confessione est aperienda, ut nova afferens malitiam speciei, distinctam.

130 Hæc autem pollutio aliquando committitur à persona una se provocante ad illam, sive femina sit, sive masculus, aliquando fit à duabus una alteram adjuvante, ac tangente, ut cum mas altero ipsum tangente se polluit; & quando fit à duabus explicanda est circumstantia personæ, cum qua, vel cuius ope pollutio commissa fuit, cooperatio enim, vel inductio ad peccandum est novum peccatum in confessione aperiendum. Est autem gravis difficultas, An qui pollutus fuit alterius actu teneatur explicare in Confessione qualitates personæ complicis, quæ illum tetigit, v. g. an laicus pollutus a Sacerdote, vel Moniali manibus debeat explicare qualitates personæ sacre complicis, quæ illum tetigit. Pro parte negativa Diana cap. 9. tr. 8. resol. 65. refert Tamburinum, Gesualdum, Grassiam, Mosciensem, Caramuellem, & Layman, tamquam primum hujus sententiæ Auctorem afferentem, secularium patientem pollutionem ob aliquo in sacris constituto non teneri amplius dicere, nisi passus sum voluntariè pollutionem tactibus alienis, & non teneri explicare circumstantiam personæ sacre quam sententiam dicit expunctam fuisse jussu Sanctæ Inquisitionis Hispanicæ; quare consulti Auctores, ut in posterum caveant etiam in suis operibus amplius imprimere; & Tamburinus etiam lib. 7. cit. cap. 7. §. 1. graviter de Diana conqueritur, quod sibi hanc sententiam imposuerit, cui nunquam adhæsisse dicit, imò contrarium omnino semper fuisse professum, & ibi ex verbis suis ab ipso relatis ostendit ejus mentem in Diana, & aliis sufficienter perceptam non fuisse, quæ etiam sequitur Trullench Ovidio, & plures alii, ac ego quoque probabiliorum, & tritiorum existimo, licet apud neminem eorum rationem invenierim magis convincentem, quam illam à Tamburino adductam loc. cit. quod si te pollutat vir, vel femina communis; quia nihil aliud novæ speciei additur; non afferitur, nec committitur quidem novum specie peccatum, sed intrinsecus eadem speciem duplex erit numero malitia, una quidem in tua pollutione, altera vero in tua cooperatione cum alterius peccato in eadem specie contra Castitatem, & in Confessione utraque est explicanda, ut dictum est. At si te pollutat Sacerdos, vel Monialis, quia tunc additur persona sacra, atque ideo additur cooperatio tua cum ejus sacrilegio, non solum nova numero malitia superadditur contra Castitatem, sed etiam contra Religionem, atque ideo in Confessione explicanda, tamquam malitia specie distincta.

131 Secunda species peccati contra naturam est Sodomia, quæ proprie accepta est coitus, seu concubitus inter personas ejusdem sexus, ut docet D. Thom. loc. cit. & alii Doctores communiter; quamvis enim masculus cognoscendo feminam extra vas naturale Sodomiam committere dicitur, nihilominus hæc non est proprie Sodomia, & perfecta, sed dici solet Sodomiam imperfectam, nam in Sodomia proprie accepta peccatur contra sexum, & debitum instrumentum, sed quando masculus

cum femina præposterè congregitur, licet debitum vas non servet, servat tamen debitum sexum, & ideo Sodomiam perfectam, & proprie dictam non committit, sed imperfectam, ac improprie dictam; quæ tamen adhuc est in Confessione exprimens, quia talis concubitus, licet non procedat ex affectu ad sexum indebitum, procedit tamen ex affectu ad partem innaturalem, & vas indebitum. Quare non placet, quod ait Tamburinus loc. cit. §. 3. quod si duo Mares commisceant corpora, & moveantur ad procurandam pollutionem, vel quomodocumque se tangant impudicè ex affectu indebiti sexus, itaut effusio seminis, vel sit intra vas præposterum, vel etiam extra, dicenda sit Sodomia, quia quamvis non sit copula, tamen per illum concubitum est affectus veneris ad indebitum sexum, qui proprie Sodomiam constituit, locus enim præposterus videtur se habere materialiter in Sodomia, formaliter vero ejus essentia sumitur ex motivo, scilicet, ex concubitu cum affectu ad indebitum sexum. Non placet, inquam, quia ut constat ex definitione Sodomie allata, & communiter ab omnibus recepta, ad Sodomiam requiritur copula, & coitus inter personas ejusdem sexus, itaut peccetur contra sexum, ac simul contra debitum instrumentum; non ergo qualicumque committio, vel amplexus duorum masculorum inter se cum effusione seminis in qualibet corporis parte sufficit ad constituendum Sodomiam peccatum; sed requiritur copula, & coitus unius cum alio intra vas indebitum, & alias sepe confunderentur Mollicitas cum alio habitu, & Sodomia, & difficulter una posset ab alia distingui, & dignosci. Et planè quando Episcopi hoc peccatum sibi reservant, a quo inferiores Confessarii absolvere non possunt, in hoc sensu de Sodomia loquuntur, ut præcis ubique docet. Nec urget, quod obiicit Tamburinus loc. cit. feminam cum femina non alio modo commisceri, nisi per prædictum concubitum cum effusione seminis, & non intra vas præposterum, inter illas enim non potest esse copula proprie, & tamen esse potest Sodomia. Non urget, inquam, quamvis enim inter foeminas invicem coeuntes non possit interesse copula ita rigorosè sumpta, sicut inter masculos, potest tamen talis intervenire copula, quæ ad Sodomiam sufficit constituendam, quæ sit distincta à cæteris tactibus, & amplexibus libidinosis cum effusione seminis, alioquin inter foeminas non posset dari mollicitas unius cum alia distincta à Sodomia, quod omnino falsum est, constat ex dictis, vel in eis Sodomia, proprie dicta dari non potest, ut ait Summa Diana verbo Sodomia, quam proprie sumptam inquit esse actum libidinofum inter masculos consummatum in vase non naturali.

132 Potest autem Sodomia, sive perfecta, sive imperfecta simul habere alias malitias adjunctas v. g. adulterii si fiat cum conjugato, vel conjugata, vel incestus, si fiat cum consanguineo, vel consanguinea; in quo casu satis probabile est, quod plures docent Doctores, opus non esse cognationis gradum in confessione exprimere, sed satis esse dicere, coivi cum consanguineo, vel affine, & ratio est quia per talem concubitum nec misceatur caro, nec contrahitur affinitas, nec linea speciem variat; sicut nec etiam opus est explicare in Confessione Sodomiam fuisse cum Virgine commissam, sed sufficit dicere commissam fuisse cum femina, nam per hoc peccatum claustrum virginale non violatur, & consequenter speciale peccatum stupri non videtur committi, quod sit in confessione explicandum. An vero explicandum sit in confessione, quo quis fuerit agens, vel patiens, affirmant Card. de Lugo, Tamburinus, Caramuel, & alii, quia putant esse diversæ speciei procurare pollutionem propriam, & alienam. Negant probabilius Alphonsus de Leone, Diana, Pontius ex nostris, & plures alii, quia uterque peccat contra naturam, & uterque alterius peccato cooperatur; unde quamvis agens pollui solet, non verò patiens, tamen patiens ipsius pollutioni cooperatur, & ex hoc quod aliquis significet se cum alio Sodomiam commississe, Confessarius sufficienter intelligit, vel ipsum se polluisse, & sic fuisse agentem, vel ipsum cooperatum fuisse pollutioni alterius; unde non apparet differentia specifica inter procurare pollutionem propriam, & alienam, quando utraque sit per cooperationem alienam; si tamen patiens præter cooperationem ad pollutionem alterius, patetur ipse quoque pollutionem, aliquid dicunt, quod ratione hujus deberet explicare, quod esset patiens, ut sic explicaret secundum peccatum de pollutione propria, quæ ex Sodomia passiva ordinariè sequi non solet. Ita Pontius noster disp. 46. q. 7. n. 67. cum pluribus aliis.

133 Quoniam verò Episcopi casum Sodomie sæpius reservare solent, ut sic subditi melius dirigantur, & absterceantur à peccato gravissimo, Summa Diana loc. cit. notat varios casus, in quibus inciditur, vel non inciditur in Sodomiam reservatam. Primum si femina ita cum femina congregiatur, ut altera carum masculi vicem gerat, & effusio seminis intra vas natu-

rale

art. 1. nu. 6. & seq. ubi etiam advertimus hanc parvam quantitatem talem esse debere, ut nec per se, nec per accidens causet pro-

154 Quinto. Diana plures alios citans part. 5. tract. 13. ref. 28. docet ex Albertino in Rubrica de heretic. in 6. quaest. 8. hoc praecipuum de non furando, non habere locum in Christianis

quidem in specie furti, sed contra charitatem ratione communi-
fationis, & Bonacina disp. a. de Restit. in particulari qu. 8. pun. 1. ait hoc diligenter ad verendum esse, quod scilicet furtum, quod est veniale secundum ratione parvitas materiae, sit po-

157 Postremo, quando dicitur furtum esse acceptationem rei alienae invito domino, observandum est, dominum dici posse in-

ARTICULUS SECUNDUS.

Quot modis contra hoc septimum Decalogi praecipuum peccetur.

158 Ex dictis in superioribus in tractatu de Justitia, & Jure de obligacionibus justitiae commutativae, & distributi-

156 Septimo, conveniunt etiam Doctores graviter peccare contra hoc praecipuum, et si non in specie furti, si fur fiat ex iac-

pius, aut bene aut nihil, quamvis id dixerim zelo salutis
eorum, calumnia cohibere, & ad dicta disp. 6. quaest. 1. art. 2. cir-

160 Secundo contra hoc praecipuum faciunt, qui per fraudu-
lentiam, vel dolo alios in contractibus decipiunt, quae fraus
tripliciter contingere potest, in substantia vendendo, scilicet,

163 Tertio etiam fit contra hoc praecipuum prava coopera-
tionem ad talia acquiritur illicita, aliquo ex novem modis jam
declaratis superioribus disp. 7. q. 3. art. 2. explicando ad restitu-

causis, sine quibus non fieret, ut loco citat. diximus.
162 Quarto, ex obligationibus justitiae distributivae jam su-
pra declaratis disp. 6. q. 1. fit contra hoc praecipuum indebita di-

164 Postremo hac de causa approbandum non censo, quod
inquit Caramuel suada. 60. de Mutuo, & Usura, ubi postquam

gibus;

